

Marcellus did not die a violent death and was formerly venerated at Rome as a Confessor in the original meaning of the word. Because of his mildness in reconciling sinners by the Sacrament of Penance the austere heretical party raised a tumult. The tyrant Maxentius then condemned Marcellus to exile, from the trials of which, he subsequently died. He may thus be rightly called a martyr because of his sufferings.

INTROIT: John 21: 15-17

Si diligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. (Ps. 29: 1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, nec delectásti inimicos meos super me. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si diligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas.

COLLECT

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut beáti Marcélli Mártiris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur, cujus passióne lætámur.. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE: 1 Peter 5: 1-4, 10-11

Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et eius, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneæ secúndum Deum, neque turpis lucrí grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum appáruerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciat, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalm 106: 32,31

Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Confiteantur Domino misericordiæ eius, et mirabilia eius filiis hominum.

LESSER ALLELUIA Matthew 16: 18

Alleluja, alleluja. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Alleluja.

GOSPEL Matthew 16: 13-19

In illo tempore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt: Alii Ioannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem, quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis.

OFFERTORY Jeremiah 1: 9-10

Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et super regna: ut evellas et destruas, et ædifices et plantes.

SECRET

Oblatis muneribus, quæsumus Domine, Ecclesiam tuam benignus illumina: ut, et gregis tui proficiat ubique successus, et grati fiant nomini tuo, te gubernante, pastores. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum pator æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

COMMUNION Matthew 25: 2

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

POSTCOMMUNION

Refectione sancta nutritam gubernam, quæsumus Domine, tuam placatus Ecclesiam: ut potenti moderatione directa, et incrementa libertatis accipiat et in religionis integritate persistat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. (Ps. 29:1) I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep.

Mercifully hear, we beseech Thee, O Lord, the prayers of Thy people; that we who rejoice in the martyrdom of blessed Marcellus, Thy Martyr and Bishop, may be helped by his merits. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, who hath called us into his eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To him be glory and empire for ever and ever. Amen.

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominationes, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.